



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

B. Ægidivs C. 23. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

labores spectasses. Miraculis morborumque medela clarus, quos aliis absterfit, sibi gratulatus est dolores, eos divinæ in se voluntatis argumenta distitans. Venenum impiorum invidia mistum Reginae caelorum benevolentia superavit, quæ piorum mens securitatem affert, certiore utique quam ii, qui periculosas Principum epulas gustu explorant. Huic Reginae Cælitibusque tam charum quid mirum est, si Reges nostri orbis suspexerunt, neque passi sunt THEODORVM voto suo potiri, qui cum probra sitiret, vel invitus honoribus maclatus est? *Ex Surio.*

O quam suave commercium, imò quam inenarrabilis dulcedo in humanis visceribus oritur, cum Creator & Creatura alternis in se invicem affectibus delectantur! sicut per prophetam dicitur, Suavis sit ei laudatio mea, ego verò delectabor in Domino. S. P. Dam. l. 7. Ep. 19.

B. ÆGIDIYS C. 23. Aprilis.

ÆGIDIYS tertius Assisiatum Francisci affeclat ingenuo sanctoque mentis candore ad insignem virtutis culmen pervenit, Virum, è S. Dominici familia, eximia doctrinâ, de perpetua Deiparæ virginitate dubium sibi que difficilè consentientem; tali prodigio contra ancipitem cogitationem confirmavit. Fer scipione terram impulit, dicto singulos ictus profecutus, hoc ordine: *Maria Virgo ante partum: Maria Virgo in partu: Maria Virgo post partum:* & mox lilia rotidam ad scipionis impulsam Ægidii que vocem solo emerferunt. Tertio ante suam natalem die, Christus ei spectabilis adfuit, reditu per consequentes quindecim dies instaurato. Ex quo tempore tam con-

citatis in cælum desiderijs rapiebatur. ut audito vel à pueris per plateas Paradisi nomine, rerum omnium seculi desitueretur. Septem in eo eminebant virtutes, credendi constantia, pietas erga Deum, reverentia, commiseratio, cura officii, obedientia, grata beneficii memoria. Quinquaginta duobus annis in sacrâ militiâ meruit. Post mortem magnum luentium agmen è lustralibus flammis in cælum evexit. Obiit Perusij anno M. CC. LXXXIII. *Ex Suario,*

Si invenis aliquid melius, quàm videre faciem Dei, illuc te prepara: Va tali amor tuo, si vel suspicaris aliquid pulchrius quàm est ille, à quo est omne pulchrum, quod te teneat, ne illum cogitare merearis. S. August. in psal. 43.

S. GEORGIUS M. 23. Aprilis.

ANno post natum Servatorem XC. supra CC. GEORGIUS fortissimus CHRISTI miles & ob virtutem inter Tribunos adlectus, tum Comitum etiam titulo à Diocletiano ornatus, cum hujus nihilominus efferam in Christianos tyrannidem propalam damnasset, in vincula & ipse tractus, saxum primò ingens pectori injectum supinus fortius, quàm cælum Hercules tulit; ad machinam deinde mucronibus omni ex parte armatam, ut antè ad gladios in acie, risit. Hinc calce tres dies sepultus, cum illustrior surrexisset, ferreos & ab igne candentes calceos indutus, nempe ad Olympicam coronam cucurrit. Cæsus iterum immaniter, ac alapis contusus, in ruborem languoremque ipsos carnifices dedit, & testem fidei suæ mortuum è tumulo produxit. Tandem post tot e regie pugnatas pugnas coronatum pridie in carcere ab ipso.